



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

Ferdinando III. Hvngariae Et Bohemiæ Regi Apostolico, Potentissimo  
felicitatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)



FERDINANDO III.  
HUNGARIAE ET BO-  
HEMIAE REGI APOSTO-  
LICO, POTENTISSIMO

felicitatem.

**T**Empus, REX APOSTOLICE, Philosophis  
caligo; Chronologis Labyrinthus est. Ni-  
hil vulgò notius; nihil ignotius Sapien-  
tibus. Diebus formatur tempus & nocti-  
bus. Clarum-obscurum dici posse videretur, vulga-  
ri nunc Pictorum idiomate, nisi naturam temporis  
indagantibus dies obscuri essent, perinde ac noctes.  
Noctibus finiuntur dies: adeoq; quod Temporis cla-  
rissimum est, tenebris definitur. Ludit nobiscum na-  
tura. Sol est parens Temporis. Mirum est, mundi  
oculum, dies parturientem & annos, non tam lu-  
cem, quam tenebras edere. Hæc Philosophorum sit  
querela. Chronologi, qui lapsi temporis rationes in-  
vestigant, coguntur easdem sæpe vias relegere, &  
unde cœperint, redordiri. Nimirum & ille dierum

§ 2

Archi-

P.  
Philippi

Chronologia  
& Testamenti

A. IV

17<sup>a</sup>



## EPISTOLA

*Architectus, qui per spiras, perpetuasq; convolu-  
 nes annos describit, labyrinthum facit, in quo  
 Chronologorum versetur industria, adusque despera-  
 nem exitus. Dubitant Grammatici, annusne  
 tur ab annulo; an ab anno annulus? Ut ut sit,  
 ipsum reuoluitur annus, instar annuli; idem re-  
 soles; nec est principium finemue discernere  
 quem Principes olim, arbitri Temporis designa-  
 Hinc annorum, ararumq; varietas, hinc sup-  
 tionum incredibilis diuersitas, hinc errores sin-  
 proindeq; labyrinthus. Sunt qui per scalas A-  
 micas, aut per annorum gradus in tabella des-  
 egredi conantur: Optimus ille Chronologorum  
 minimum errat: nam qui penitus euaserit, im-  
 neminem. Nec ego is sum, Potentissime Rex, qui  
 tem me gemmam fixisse in annulo Temporis,  
 finis sit, & principium; aut Ariadna filum pro-  
 disse retexendis erroribus aliorum, sed qui cupi-  
 exitum tentare cum alijs. Utinam feliciter Ni-  
 liam gemmam annis istis affigo, quam Regis  
 Nominis sigillum: non alio post Deum, filo diti-  
 quam radio Sapiientissima Tua Ma.<sup>tes</sup> Regis  
 Nomini inscribo hoc Opusculum pluribus decem  
 esse.*



## DEDICATORIA.

Prima communis; ob quam omnes literati ad Tuam  
Maiestatem aspiciunt. Vnus es Regum, penes quem  
totius rei literaria arbitrium est. Illius Sapiencia,  
qua Ma.<sup>ti</sup> Tua iuncta est, Musa, Philosophia, Iuris-  
prudencia, scientia omnes altrices fuerunt. Eos ipsos,  
in quibus versor, Iudicum ac Regum Libros studio  
complexus, ostendisti memoriam, qua facillimè tem-  
porum omnium rationes assequeris, esse regiam. Se-  
cunda causa propria est, quod omnia mea mecum  
studia Ma.<sup>ti</sup> Tua pridem sint addicta. Tertia ad  
hunc libellum spectat, in quo proponuntur Heroës ac  
Reges, Josue, Barac, Gedeon, Samson, David, Salo-  
mon, Nabuchodonosor, Cyrus, alijque in Temporis  
circo decurrentes. Alexander Magnus hortanti  
Patri, ut in Olympijs stadium decurreret: Facerem,  
inquit, si reges certantes haberem. En, Potentissime  
Rex, concurrentes reges. Dicatur hac Olympica  
palestra, non solum quia Olympiadum inicitur ratio:  
sed quia Sanctorum est. Hæc mihi postrema causa.  
Agnoscat Maieestas Tua in his Tabulis, annos Re-  
gum preciosos esse in conspectu Dei, ad eorum nor-  
mam Orbem componi, egregia regum facta, vitam  
esse Mundi, & memoriam Temporis. Agnoscat

P.  
Philippi

Chronologia  
Testamenti

A. IV

17<sup>a</sup>



EPIST. DEDIC.

præteritos sacrorum Heroum annos æternos esse  
Fastis Dei. Nullus, ô Rex, melior Deo Chrono-  
gus. Omnium ille temporum rationes habet enu-  
ratas, omnia momenta ponderata. Ma<sup>ti</sup>. Tuae Sy-  
bolum est, LIBRA PIETATIS ET IUSTITIÆ. De  
Opt. Max. votis omnibus precor, ut omnia  
Tuae momenta prodeant his lancibus pondera-  
à Deo Rege sæculorum, felicissima æternitati  
cranda. Vienna Austria VI. Calend. 1633  
M. DC. XXXIII.

Ser.<sup>ma</sup> R. M. TV.Æ

humilimus cliens & seruus in Chr

Henricus Phil





VM HORA AB ANGELO  
 PRÆDICTA, ADVENIS-  
 SENT LEGATI VNGARI.  
 IPSE (*Summus Pontifex*) EIS-  
 DEM CORONAM CVM NOMINE  
 REGIO TRADIDIT: INSVPER  
 CONCESSIT, VT CRUX ANTE  
 REGEM, CEV APOSTOLATVS  
 INSIGNE DEFERRETVR. *Ita*  
*Henricus Spondanus ad Ann. Dom. 1000. num. 2.*  
*ex Caruitio Episc. in vita S. Stephani Regis Vnga-*  
*ria. Quæ latius enarrat Eminentissimus Cardina-*  
*lis Baronius, sub finem tom. 10. Annal. Eccles.*

APPRO-

P.  
 Philippi

Chronologia  
 Testamenti

A. IV  
 17<sup>a</sup>



34.



APPROBATIO

R. P. PROVINCIALIS.

**E**go Georgius Forro, Prouincialis Societatis IESV, per Prouinciam Austriae, potestati ad id mihi facta, ab Admodum Reuerendo Mutio Vitellesco, Societatis nostrae Generali proposito, facultatem concedo, vt *Nota & Quaestiones Chronologicae in Libros Josue, Iudicum, Regum, Paralipomenon, Esdrae, Nehemiae,* a Reuerendo Henrico Philippi, Societatis nostrae Theologo composito, atque eiusdem Societatis doctorum iudicio examinatae, & approbatae, typis munitur. In quorum fidem has literas manu propria subscriptas, & nostri officii Sigillo munitas dimittimus. Viennae 2. Iulij 1633.

GEORGIUS FORRO

